Estensis, *Nicolai Mariæ*, Oratio pro consaguineo suo Hercule Estensi Ferrariæ Duce II. habita ad Alex. VI. Pont. Max. *Romæ*, *per Steffanum Plannck* M. CCCC. LXXXXIII. *Nonis Januariis* 4.°

de Mayno, *Jasonis*, Legati pro Mediolanensium Principe, & ejus patruo Duce Barri, Oratio habita apud Alex. VI. Pont. Max. Romæ Idibus Decembr. an. 1492. 4.o

Spinolæ, *Jacobi*, Oratio habita, Genuensium nomine, ad Alex. VI. Pont. Max. an. 1492. prid. Id. Decembr. 4.°

Baduarii, *Sebastiani*, Venetorum Reipublicæ oratoris ad Alex. VI. Pont. Max. Oratio in præstanda obedienria dicta in publico Concistorio die 17. Decembr. 1492. 4.°

ORDONEZ de Cevallos, *Petrus*. V. *de Herrera*.

ORIBASIUS, *Sardianus*. Collectorum medicinalium libri XVII. Joan. Bapt. Rasario interpre-

te. *Venetiis*, *P. Manutius Ald. fil.* 8.° — *V. Cocchius*.

ORICELLARIUS, *Bernardus*. Commentarius de Bello Italico per adventum Caroli VIII. Franc. Reg. in Italiam suasu Alexandri VI. Pont. *Londini* 1724. 4.°

ORIGANUS, *David*. Astrologia naturalis. *Massiliæ* 1645. 4.°

ORIGENES, *Adamantius*. In Sacras Scripturas commentaria G-L. cum notis Petri Danielis Huetii. *Rothomagi* 1668. *tom.* 2. *f.*°

—— Hexaplorum quæ supersunt, cum notis Bernardi de Montfaucon. *Accedunt* Opuscula quædam anecdota, & duo Lexica, Hebraicum, & Græcum. *Parisiis* 1713. *tom.* 2. *f.*°

—— Philocalia de obscuris Sacræ Scripturæ locis G-L. cum interpretatione, & notis Jo. Tarini. *Ibid.* 1619. 4.°

—— Contra Celsum G-L. cum Davidis Hoeschelii notis. *Aug. Vindelic.* 1605. 4.° — *V. Gansius*, & *Gaudentius*, & *Paganinus*, & *Halloix*.

de ORLEANS, *Ludovicus*. Novæ cogitationes in libros Annalium C. Cornelii Taciti. *Parisiis* 1622. *f.*°

ORPHEUS. *V. Hesiodus*.

ORSI, *Joseph Augustinus*. Dissertatio apologetica pro S.S. Perpetuæ, Felicitatis, & Soc. Martyrum Orthodoxia, adversus Samuelem Basnagium. *Florentiæ* 1728. 4.°

ORTELIUS, *Abrahamus*. Theatrum Orbis Terrarum. *Antuerpiæ*, *Plantinus* 1601. *f.*° *max. cum tabulis depictis*.

*Accedit* Nomenclator Ptolemaicus omnia

locorum vocabula quæ in Ptolemæi Geographia occurrunt continens: *nec non in calce* Epistola Humfredi Lhuyd in qua de Mona Druidum insula antiquitati suæ restituta, & de Armamentario Romano agitur. *Ibid. Plantinus* 1601. *f.° max. chartis deauratis.*

—— Theatri Orbis Terrarum Parergon, *sive* veteris Geographiæ Tabulæ commentariis geographicis & historicis illustratæ & auctæ, cura & studio Balth. Moreti. *Ibid. Plantinus* 1624. *f.°*

—— Thesaurus Geographicus. *Ibid. Plantinus* 1596. *f.°*

—— Deorum, Dearumque capita ex antiquis numismatibus collecta; historica narratione illustrata a Francisco Sweertio. *Bruxellis, Foppens* 1683. 4.°

OSORIUS, *Hieronymus*. De nobilitate Civili, & Christiana. *Florentiæ, Torrentinus* 1552. 4.°

—— De Gloria. *Ibid. Torrentinus* 1552. 4.°

—— De Regis institutione, & disciplina. *Coloniæ* 1588. 8.°

OSTIENSIS, *Leo*. Chronica Monasterii Casinensis, continuata a Petro Diacono, cum notis, & appendice Angeli de Nuce. *Lutet. Paris.* 1668. *f.°*

—— Chronicon antiquum Monast. Casinensis, cum notis Matthæi Laureti. *Neapoli* 1616. 4.°

—— Idem Chronicon primæ editionis. *Venetiis, de Soardis* 1513. 4.°

OTHO III. *Imperator*. V. *Constantinus I.*

OTTHOBONUS, *Petrus*, postea *Alex. VIII. Pont.* Decisiones sacræ Rotæ Romanæ, *Romæ, typ. Cam. Apostolicæ* 1657. *f.°*

OUDINUS, *Casimirus*. Commentarius de Scriptoribus Ecclesiasticis. *Lipsiæ* 1722. *tom.* 3. *f.°*

—— Supplementum de Scriptoribus Ecclesiasticis a Bellarmino omissis. *Parisiis* 1686. 8.°

OVIDIUS, *Naso*. Opera, cum Variorum commentariis, & observationibus in unum corpus congestis. *Francofurti*, *Wechelius* 1601. *tom.* 3. *f.°*

—— Eadem Opera, cum notis Nicolai Heinsii, & Variorum, studio Burchardi Cnippingii. *Lugd. Batav. Hackius* 1670. *tom.* 3. 8.°

—— Eadem Opera, cum notis Petri Burmanni, & aliorum. *Amstelodami*, *Changuion* 1727. *tom.* 4. 4.°

In libros Tristium, & de Ponto novi Commentarii Jacobi Pontani. *Accedunt* Hortuli Ovidiani, *idest* Sententiæ, & proverbia ex Poetæ monumentis excerpta, & commentationibus explicata. *Ingolstadii* 1610. *f.°*

Ad Fastorum libros VI. Anaptyxis, *seu* explicatio Caroli Neapolis, præmisso Kalendario vetere Romano & recentiore, tempore Constantini Magni. *Antuerpiæ*, *Plantinus* 1639. *f.°*

OXONIENSIS Universitatis historia, & antiquitates. *Oxonii*, *e theatr. Sheldon.* 1674. *f.°*

PAAW, *seu* Pawius *Petrus*. Primitiæ Anatomicæ de humani corporis ossibus — Succenturiatus Anatomicus continens commentaria in Hippocratem de capitis vulneribus — Commentaria in librum octavum Cornelii Celsi — *Item* Notæ, & commentaria in Epitom. Anatomicam Andreæ Vesalii. *Lugd. Batav.* 1615. 4.° — *V. Bartholinus*, *Thomas*, *senior*.

PACICHELLIUS, *Jo. Baptista*. Schediasma juridico-philologicum tripartitum, de larvis, de capillamentis, & de chirothecis. *Neapoli* 1693. 12.°

—— De Tintinnabulo Nolano. *Ibid.* 1693. 12.°

PACIUS, *Julius*. V. *Dissertationes*.

PADERBORNENSIA Monumenta. *V. Monumenta*.

PADUANIUS, *Fabritius*. Tractatus duo, alter de Ventis, alter de Terræmotu. *Bononiæ* 1601. *f.°*

PÆTUS, *Lucas*. De Mensuris, & Ponderibus Romanis, & Græcis. *Venet.* 1573. 4.° *sine typographo*.

PAGI, *Antonius*. Critica historico-chronologica in universos Annales Ecclesiasticos Cardinalis Baronii. *Antuerpiæ* 1727. *tom.* 4. *f.°*

—— Dissertatio Hypatica, *seu* de Consulibus Cæsareis. *Lugduni* 1684. 4.°

PAGI, *Franciscus*. Breviarium historico-chronologico-criticum, Pontificum Romanorum gesta, & Conciliorum generalium acta complectens. *Antuerpiæ* 1717. *tom.* 4. 4.°

PAGNINUS, *Santes*. Thesaurus Linguæ Sanctæ, *sive* Lexicon Hebraicum. *Typis Petri de la Roviere* 1614. *f.°*

—— Epitome Thesauri Linguæ Sanctæ. *Antuerpiæ*, *Plantinus* 1570. 8.°

—— Isagoge ad Sacras Literas, atque ad mysticos Sacræ Scripturæ sensus. *Lugduni* 1536. *f.°*

PAITONI, *Jo. Baptista*. Vindiciæ contra Epistolas Petri Blanchi. *Faventiæ* 1724. 4.°

PALÆPHATUS. V. *Hyginus*, *C. Jul.*

PALATIUS, *Joannes*. De Dominio Maris. *Venetiis* 1663. 12.°

—— Monarchia Occidentalis, *sive* Aquila inter Lilia. *Ibid.* 1671. *f.°*

—— Aquila Saxonica. *Ibid.* 1673. *f.°*

—— Aquila Austriaca. *Ibid.* 1679. *tom.* 2. *f.°*

—— Aquila Sveva. *Ibid.* 1679. *f.°*

—— Aquila Franca. *Ibid.* 1679. *f.°*

—— Aquila Romana. *Ibid.* 1679. *f.°*

—— Aquila Vaga. *Ibid.* 1679. *f.°*

—— Gesta Pontificum Romanorum a S. Petro usque ad Innocent. XI. *Ibid.* 1687. *tom.* 4. *f.°*

—— Fasti Ducales ab Anafesto primo ad Silvestrum Valerium Venetorum Ducem CIX. *Ibid.* 1696. 4.°

PALEARIUS, *Aonius*. Opera. *Jenæ* 1728. 8.°

PALERMUS, *Polycarpus*. De vera C. Plinii Secundi superioris patria, atque ea Verona, contra Paulum Cigalinum, & alios. *Veronæ* 1608. 4.°

PALINGENIUS, *Marcellus*. Zodiacus vitæ, *sive* de hominis vita instituenda. *Rotterodami* 1722. 8.°

PALLAVICINUS, *Sfortia*. Vindicationes Societatis Jesu. *Romæ* 1649. 4.° — *V. Felic.*

PALLAVICINUS, *Hortensius*. Austriaci Cæsares a Rudolpho I. usque ad Ferdinandum III. *Mediolani* 1649. 4.°

PALMA, *Cajetanus*. V. *Genebrardus*.

PALMÆ Regiæ a præcipuis nostri ævi Poetis in trophæum erectæ Ludovico XIII. Galliarum Regi. *Parisiis*, *Cramoisy* 1634. 4.°

PALMERIUS, *Jacobus*. Græciæ antiquæ descriptio. *Lugd. Batav.* 1678. 4.°

—— Exercitationes in optimos fere auctores Græcos. *Ibid.* 1668. 4.°

PAMELIUS, *Jacobus*. Rituale S.S. Patrum La-

tinorum, *sive* Liturgicon latinum juxta veterem Ecclesiæ Catholicæ ritum. *Colon. Agripp.* 1675. *tom.* 2. *vol.* 1. 4.°

PAMPHILUS, *Joseph*. Cronica Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini. *Romæ* 1581. 4.°

PANCIROLUS, *Guido*. Res memorabiles deperditæ, & recens inventæ, cum commentariis Henrici Salmuth. *Francof.* 1646. 4.°

—— De Claris Legum Interpretibus. *Venetiis* 1637. 4.° — *V. Notitia Dignitatum &c.*

PANEGIRICI veteres XIIII. con notis Variorum. *Parisiis* 1655. *tom.* 2. 12.°

—— Veteres XII. C. Plinii, & aliorum, cum notis Jacobi de la Baune, ad usum Delphini. *Venetiis* 1728. 4.°

S. PANESNIV. *V. Georgius, Aug. Ant.*

PANORMITA, *Antonius*. Speculum boni Principis, Alphonsus Rex Aragoniæ. *Amstelodami, Elzevirius* 1646. 12.°

PANSA, *Mutius*. De osculo Ethnicæ, & Christianæ Philosophiæ. *Teate* 1601. 4.°

PANVINIUS, *Onuphrius*. Antiquitates Veronenses. *Patavii* 1648. *f.*°

—— De Ludis Circensibus, & de Triumphis, cum notis Jo. Argoli, & additamento Nicolai Pinelli. *Ibid.* 1642. *f.*°

—— Reipublicæ Romanæ commentariorum libri tres. *Francof. Wechelius* 1597. *f.*°

—— Romanorum Principum, & eorum quorum maxima in Italia imperia fuerunt libri IV. *Accedit* de Comitiis Imperatoriis liber. *Basileæ, Henric. Petr.* 1558. *f.*°

—— Viginti octo Pontificum Maximorum elogia, & imagines. *Venetiis* 1575. *f.*° *fig.*

—— Romani Pontifices a D. Petro ad Paulum IV. & Cardinales a Leone IX. ad eumdem Paulum IV. *Ibid. Tremezinus* 1557. 4.° *fig.* — *V. Petramellarius*.

—— De Baptismate Paschali, & origine, ac ritu consecrandi Agnos Dei, cum corollariis Joseph Suaresii. *Romæ* 1656. 8.°

—— De præcipuis Urbis Romæ Basilicis. *Ibid.* 1570. 8.°

—— De Primatu Petri, & Apostolicæ Sedis potestate, contra Centuriarum Auctores. *Veronæ* 1589. 4.°

—— Fasti & Triumphi Romanorum a Romulo Rege ad Carolum V. Imp. adjectis Imperatorum Iconibus ex numismatibus. *Venetiis, impensis Jacobi Stradæ* 1557. *f.°*

—— Iidem Fasti, cum commentariis, & appendice. *In Officina Sanctandreana* 1588. *f.°*

*Accedit* de Ludis sæcularibus; de Sibyllis, & carminibus Sibyllinis; ac de antiquis Romanorum nominibus. *Ibid. an. eod. f.°* — *V. Boissardus*, & *Classen*, & *Platina*.

PANURGUS, *Vincentius*. *V. Morinus*, *Jo. Bapt.*

PAPADOPOLI, *Nicol. Comnenus*. Historia Gymnasii Patavini. *Venet.* 1726. *tom.* 2. *vol.* 1. *f.°* — *V. Facciolatus*, & *Patinus*, *Carol.* & *Tomasinus*.

PAPPUS, *Alexandrinus*. Collectiones Mathematicæ, cum commentariis Federici Commandini. *Pisauri* 1602. *f.°*

PARACELSUS, *Aur. Philipp. Theoph.* Opera omnia Medico-chemico-chirurgica. *Genevæ* 1658. *tom.* 3. *vol.* 2. *f.°*

PARADINUS, *M. Claudius*. Symbola Heroica. *Antuerpiæ*, *Plantinus* 1600. 16.°

PAREUS, *Jo. Philippus*. Lexicon criticum, *sive* Thesaurus linguæ Latinæ. *Norimbergæ* 1645. 8.°

—— Electa Plautina. *Neapoli Nemetum* 1617. 4.°

PARIS, *Matthæus*. Historia Anglica major. *Accedunt* Vitæ duorum Offarum Merciorum Regum, & viginti trium Abbatum S. Albani cum libro additamentorum. *Parisiis* 1644. *f.°*

PARISANUS, *Æmylius*. De microcosmica subtilitate. *Venetiis* 1643. *tom.* 3. *f.°*

PARISIUS, *Prosper*. Rariora Magnæ Græciæ numismata cum præfatione epistolica Christophori Arnoldi, *anno* 1683. *f.°*

PARTHENIUS, *Bernardinus*. De poetica Imitatione. *Venetiis* 1565. 4.°

PARUTA, *Philippus*. V. *Siciliæ Numismatica*.

PASCHALIUS, *Carolus*. Coronæ, *seu* tractatus de Coronis cujuslibet generis. *Parisiis* 1610. 4.°

PASCHALIUS, *Blasius*. V. *Montaltius*.

S. PASCHASIUS, *Radbertus*. Opera. *Lutet. Paris*. 1643. *f.°*

PASINI, *Josephus*; Rivautella, *Antonius*; & Berta, *Franciscus*. Codices Mss. Bibliothecæ Regii Taurinensis Athenæi animadversionibus illustrati, insertis Opusculis hactenus ineditis. *Taurini*, *typographia Regia* 1749. *vol.* 2. *f.°*

PASOR. *V. Hesodius*.

PASSERATIUS, *Joannes*. V. *Schoockius*.

PASTORIUS, *Joachimus*. Historia Polona plenior. *Dantisci* 1685. *tom.* 2. *vol.* 1. 8.°

—— Polonicæ Historiæ Epitome nova, quintum recognita, aucta, & ad nostri usque temporis bella continuata. *Gedani* 1679. 12.°

PATAROLUS, *Laurentius*. Series Augustorum,

Augustarum, Cæsarum, & Tyrannorum omnium, secunda edit. *Venetiis* 1708. 8.°

—— Et *Ibid.* 1740. 8.°

—— Series Augustorum, Augustarum, Cæsarum, & Tyrannorum omnium tam in Oriente, quam in Occidente, a C. J. Cæsare ad Carolum VI. cum imaginibus; & alia Opera omnia. *Ibid.* 1743. *tom.* 2. 4.°

PATERCULUS, *C. Vellejus*. Historia Romana cum selectis Variorum notis, studio Antonii Thysii. *Lugd. Batav. Hackius* 1668. 8.°

PATINUS, *Carolus*. Lyceum Patavinum, *sive* Icones, & Vitæ Professorum. *Patavii* 1682. 4.°

— *V. Facciolatus*, & *Papadopoli*, & *Tomasinus*.

—— Familiæ Romanæ in antiquis numismatibus ab V. C. ad tempora Augusti ex Bibliotheca Fulvii Ursini, ab Auctore recognitæ, & auctæ. *Parisiis* 1663. *f.*°

—— Thesaurus numismatum e proprio Museo. *Sumptibus Auctoris* 1672. 4.° *absque loci & typographi nota*.

—— Imperatorum Romanorum numismata ex ære mediæ & minimæ formæ, cum effigie Auctoris æri incisa ab Antonio Masson. *Argentinæ* 1671. *f.*°

Exemplar præ se fert Epistolam ms. ineditam, qua Patinus Opus hoc suum *D. Helenæ Lucretiæ* CORNELIÆ *PISCOPIÆ* dono misit. Illam edendam censeo, ut abunde pateat quanti Vir doctissimus excultam studiis Fœminam faceret:

*Illustrissimæ Virgini D. Helenæ Lucretiæ Corneliæ Piscopiæ Illustr. atque Excell. D. Jo. Baptistæ Cornelii Piscopiæ Procuratoris D. Marci &c. Filiæ, eruditissimæ, sapientissimæ, incomparabili, Carolus Patinus D. M. P.*

,, Si-

„ Sileant priorum sæculorum miracula, cum a no-
„ stro per Te superata sint, illustrissima Virgo: ob-
„ mutescant fabulæ Minervam exhibentes, quam a Te
„ vinci demonstrat αὐτοψία. Græcam illam & Roma-
„ nam fuisse perhibent, qui Deam fecerunt. In Te
„ Græcam, Latinam, Hebraicam, Italicam, Galli-
„ cam, & Hispanicam suspicimus. Tibi deest nihil
„ quod Jovis filiam commendabat, manu, voce, for-
„ ma, cæterisque dotibus eximiis. Id me supra cæ-
„ tera delectat, quod nihil Tibi tribuas; quod Chri-
„ sto Salvatori humiliter Te tuaque obtuleris. Hæc
„ tua Religio, tua Pietas cæteras Virtutes etiam in-
„ vitas accenderet, mortaliumque omnium in Te com-
„ pararet amorem, desiderium, obsequia. Unus ex
„ iis sum clarissimæ Tuæ indolis cultor: liceat mihi
„ illam venerari, & prædicare; liceat studiorum meo-
„ rum fructus Minervæ Christianæ consecrare, quos
„ si aut legerit, aut tractaverit, abunde mihi provi-
„ sum arbitrabor. Historiam certissimis comprobatam
„ testimoniis lustrabit in metallo: agnoscet eos Prin-
„ cipes, quibus regnantibus commissum erat orbis Im-
„ perium cum Christus S. N. pro universa salute homo
„ factus est: mirabitur Heroinarum dotes; Cleopatræ
„ calliditatem, Plotinæ sanctitatem, & Zenobiæ faci-
„ nora. Postrema hæc plurimas, ut Tu, callebat lin-
„ guas, & artes; sed tamen victa est, & in trium-
„ phum ducta; Tu de retro actis sæculis, fœminisque
„ omnibus triumphas; Tu Romam, Athenas, Hie-
„ rosolymamque vehis. Macte ergo, Virgo Illustrissi-
„ ma, & cum studia Tua suavissime aut recolis, aut
„ auges, cæteris admirationem relinquere non dedigne-
„ ris: mihi in primis eruditionis Tuæ ac sapientiæ
„ cultori observantissimo „.

„ Scribebam Venetiis XV. Martii MDCLXXIV. „ — *V. Accademici Infecondi* inter Italos.

Consuevit Patinus id facere, officii ergo, cum aliquid typis vulgaverat. Sane aliam quoque Ejus epistolam ineditam, Venetiis datam die XXV. Januarii, anni ejusdem, ostendit mihi Cl. Morellius præmissam hujus ipsius Operis exemplari extanti in Biblioth. D. Marci, inscriptamque *Illustrissimis Fratribus D. Carolo, & D. Vincentio Grimanis*, Patriciis Venetis; in qua hæc notanda sunt:

. . . . . „ Ad Vos spectat meum istud Opus, „ quod plurimum nobilitant vestræ in rebus antiquis „ Opes, seu magnificorum recordor Marmorum, seu „ rarissimorum Numismatum, quæ ad Vos ab Illu- „ strissimo & Reverendissimo Aquilejæ Patriarchæ Gri- „ mano feliciter translata sunt „ *&c.*

PATINUS, *Guido*. V. *Miscellanea curiosa &c.* (*in Nota*).

PATRICIUS, *Franciscus*, *Senior*. De institutione Reipublicæ. *Parisiis* 1575. 8.°

—— De Regno, & Regis institutione. *Montisbeligardi* 1594. 8.°

*Accedit* De Institutione Reipublicæ. *Ibid. an. eod.* 8.°

PATRICIUS, *Franciscus*, *Junior*. Discussiones Peripateticæ. *Basileæ* 1581. *tom.* 4. *vol.* 1. *f.*°

—— Nova de Universis Philosophia. *Venetiis* 1593. *f.*°

—— Philosophiæ de rerum natura libri II. priores; alter de spatio physico, alter de spatio mathematico. *Ferrariæ* 1587. 4.°

PATRICIUS, *Samuel*. V. *Hedericus*.

PAULI, *Sébastianus*. De nummo aureo Valentis Imp. *Lucæ* 1722. 4.°

Accedit ejusdem *Ragionamento sopra il titolo di* Divo *dato agli antichi Imperadori*. Lucca 1722. 4.°

S. PAULINUS, *Pontius Meropius*. Opera, Variorum notis illustrata. *Parisiis* 1685. *tom.* 2. *vol.* 1. 4.°

S. PAULUS *Apostolus*. V. *Spanhemius*, *Fridericus*.

PAULLI, *Simon*. Orbis terraqueus in tabulis geographicis, & hydrographicis descriptus. *Argentorati* 1670. 8.°

—— Miscella antiquæ lectionis. *Ibid.* 1664. 8.°

—— Digressio de vera, unica, & proxima causa febrium. *Francofurti* 1660. 4.°

—— De abusu Tabaci, & herbæ Theé. *Argentorati* 1665. 4.° — *V. Pechlinus.*

PAULLINUS, *Christianus Franciscus*. Theatrum illustrium Virorum Corbejæ Saxonicæ. *Jenæ* 1686. 4.°

—— Cynographia, *seu* Canis descriptio, cum mantissa ejusdem argumenti. *Norimbergæ* 1685. 4.°

PAULLINUS, *Benedictus*, *Petrocorius*. Vita B. Martini carmine exarata cum notis Francisci Jureti, Fred. Gronovii, & Christ. Daumii: *nec non* Tertulliani Carmen de Jona & Ninive, & Paullini Ausonii nepotis Eucharisticum Deo, item carmine, cum notis Franc. Jureti, Fred. Gronovii, & Christ. Daumii. *Lipsiæ* 1681. 8.°

*Accedunt* Casparis Barthii in omnia Animadversiones, *an.* 1680. 8.°

PAULUS III. *P.P.* V. *Antithesis &c.*

PAULUS V. *P.P.* Constitutio super reformatione Tribunalium Urbis, cum taxis, aliisque ordinationibus. *Romæ*, *typograph. Cam. Apostolicæ* 1612. *f.*°

PAUSANIAS. Veteris Græciæ descriptio. *Florentiæ*, *Torrentinus f.*°

—— Græciæ descriptio, cum latina versione Romuli Amasæi, & notis Gullielmi Xylandri, & Friderici Sylburgii. *Hanoviæ*, *Wechelii* 1613. *f.*°

PAX Germano-Svecica inter Ferdinandum III. Imper. & Christinam Sveciæ Reginam subsignata

Monasterii Westphalorum anno 1648. *Viennæ Austriæ* 1648. 4.°

PEARSON, *Joannes*; Scattergood, *Antonius*; Gouldman, *Franciscus*; & Pearson *Ricardus*. Critici Sacri, *sive* doctissimorum Virorum in Sacra Biblia annotationes, & Tractatus. *Amstelodami* 1698. *tom.* 8. *vol.* 9. *f.*°

Editio hæc *nova* longe præstat Londinensi an. 1660. sed ad Operis integritatem consociandus eidem est *Thesaurus Theologico-Philologicus*, quem vide suo loco.

—— Vindiciæ Epistolarum S. Ignatii; & Isaaci Vossii Epistolæ duæ contra David Blondellum. *Cantabrigiæ* 1672. 4.°

PECHLINUS, *Jo. Nicolaus*. Theophilus Bibaculus, *sive* de potu Theé. *Francofurti* 1684. 4.°

PECQUETUS, *Joannes*. Experimenta nova anatomica, cum dissertatione de circulatione Sanguinis, & Chyli motu. *Hardervici* 1651. 12.°

de PEDEMONTIUM, *seu* Pedemontanus. — *V. Mesue*.

PELAGIUS, *Alvarus*. De Planctu Ecclesiæ, *seu* de potestate Summi Pontificis. *Venetiis*, *Sansovinus* 1560. *f.*°

de PEMBROCK, *Thomas*, *Comes &c.* V. *Numismata antiqua*.

de PENNAFORT, *S. Raymundus*. Summa de Pœnitentia, & Matrimonio, cum glossis Joannis de Friburgo. *Romæ* 1603. *f.*°

PENNOTTUS, *Gabriel*. Defensio censuræ Card. Baronii, Bellarmini, & Lovaniensium in sermones ad Eremitas D. Augustino suppositos, *Venetiis* 1630. 4.°

PEREGRINIUS, *Camillus*. Historia Principum Langobardorum, continens antiqua aliquot opuscula &c. *Neapoli* 1749. *tom.* 3. 4.°

PEREGRINUS, *Martinus*. Resurrectio corporum humanorum probata rationibus naturalibus. *Ro-* 1674. 12.°

PEREGRINUS, *M. Antonius*. Consilia, *sive* responsa juridica. *Venetiis* 1608. *tom. 6. vol. 3. f.°*

—— De privilegiis, & juribus Fisci. *Ibid.* 1604. *f.°*

—— Decisiones Patavinæ. *Patavii* 1661. *f.°*

—— De Fideicommissis præsertim universalibus. *Norimbergæ* 1668. *f.°* — *V. Tomasinus*.

*Accedunt* Francisci Censalii observationes singulares cum additionibus ad tractatum de Fidei-commissis M. A. Peregrini; *nec non* Francisci Marzarii Tractatus aureus de Fidei commissariæ materia, & Peregrini ejusdem tractatus varii selecti. *Francofurti*, *& Norimbergæ* 1669. *f.°*

PEREIRA de Castro, *Gabriel*. Tractatus de Manu Regia, *sive* de Regia potestate Principum Lusitanorum. *Lugduni* 1673. *f.°*

PERERIUS, *Benedictus*. Opera Theologica. *Colon. Agripp.* 1620. *f.°*

—— Commentaria, & Disputationes in Genesim. *Venetiis* 1607. *f.°*

PERIANDER, *Ægidius*. Noctuæ speculum, omnes res memorabiles, variasque machinationes Tyli Saxonici complectens. *Francof. ad Mœnum* 1567. 8.°

PERIONIUS, *Joachimus*. De Romanorum, & Græcorum Magistratibus. *Parisiis* 1560. 4.°

— *V. Zamoscius*.

*Accedit* Joannis Quintini Hæreticorum Catalogus, & historia qualem Gratianus post Isidorum digessit. *Parisiis* 1560. 8.° — *V. Hæresum tabulæ.*

PERIZONIUS, *Jacobus*. Animadversiones historicæ. *Amstel.* 1685. 8.°

—— Origines Babylonicæ, & Ægyptiacæ. *Lugd. Batav.* 1711. *tom.* 2. 8.°

PERLINUS, *Hieronymus*. Binæ Historiæ, *seu* instructiones medicæ. *Hanoviæ*, *Wechelius* 1613. 4.°

PERONTINUS, *Janus*. De Consiliis ac Dicasteriis quæ in Urbe Vindobona habentur liber singularis. *Halæ Magdeburgicæ* (revera Venetiis) 1732. 12.°

Sub nomine *Petri Perontini* latet Petrus Jannonius celeberrimus J. C. Historiæque Regni Neapolitani Scriptor. Quæ illum impulerunt ad libellum hunc conscribendum, nomenque suum anagrammate invertendum, fuse exposita sunt in ejusdem Vita Italice exarata, Venetiisque, inter Opera posthuma Jannonii, edita apud *Jo. Bapt. Pasquali an.* 1768. 4.° *pag.* 63. *& seqq.*

PEROTTUS, *Nicolaus*. Cornucopia Latinæ Linguæ. *Basileæ* 1536. *f.*°

*Accedunt* Bentini Michaelis castigationes in Nonii Marcelli Commentarios, & obiter in M. Varronis & Festi Pompei fragmenta. *f.*° *absque ulla nota.*

S.S. PERPETUA, *&* FELICITAS. *V. Holstenius.*

PERSIUS, *Aulus Flaccus*. Satyræ cum interpretatione Jo. Britannici, & argumentis Jodoci Badii Ascensii. *Lutetiæ* 1525. 8.°

—— Eædem, cum paraphrasi Nicodemi Frischlini, & commentariis Valentini, Volsci, Engentini, & Foquelini, *Basileæ* 1582. 4.°

—— Eædem, *adjectis* quinque Jun. Juvenalis Satyris, & Sulpiciæ Satyra una, cum veteribus commentariis, & notis P. Pithœi. *In Officina Sanctandreana* 1590. 8.° — *V. Petroniut, Arbiter.*

—— Eædem, cum commentariis Fr. Henrici Scalesii. *Neapoli* 1690. *tom.* 3. 12.° — *V. Foquelinus.*

PERSONA, *Jo. Baptista*. Noctes solitariæ, *sive* de iis, quæ scripsit Homerus in Odyssea. *Venetiis* 1613. 4.°

—— Scholia in tres Galeni libros de Venæ sectione. *Bergomi* 1611. 8.°

PETAVIUS, *Dionysius*. Dogmata Theologica. *Lutet. Paris. Cramoisy* 1644. *tom.* 5. *f.*°

—— De Ecclesiastica Hierarchia. *Ibid. Cramoisy* 1643. *f.*°

—— De libero Arbitrio. *Ibid. Cramoisy* 1643. *f.*°

—— Dissertationes Ecclesiasticæ. *Ibid. Cramoisy* 1641. 8.°

—— De potestate consecrandi, & sacrificandi Sacerdotibus concessa, diatriba adversus Anonymum, etiam Laicis hanc potestatem attribuentem. *Ibid. Cramoisy* 1639. 8.°

—— Opus de Doctrina Temporum. *Ibid. Cramoisy* 1630. *tom.* 2. *f.*°

—— Uranologium, *sive* systema variorum Auctorum qui de Sphæra, ac Sideribus commentati sunt G-L. *Accedunt* Variæ dissertationes ad Uranologium, *sive* Auctarium operis de Doctrina Temporum. *Ibid. Cramoisy* 1670. *f.*°

—— Rationarium Temporum, in quo ætatum omnium sacra, profanaque historia chronologice traditur. *Ibid. Cramoisy* 1641. *tom.* 3. 8.°

—— Orationes. *Ibid. Cramoisy* 1653. 8.°

—— Epistolæ. *Ibid. Cramoisy* 1652. 8.°

—— Opera Poetica. *Ibid. Cramoisy* 1642. 8.°

*Accedunt* Ejusdem græca varii generis Carmina cum latina interpretatione. *Ibid. Cramoisy* 1641. 8.°

—— (*Sub nomine Antonii Kerkoetii*) Animadversiones ad Claud. Salmasii notas in Tertullianum de Pallio. *Rhedonis* 1622. 8.°

PETERSON *Stengel*, *Joannes*. Gnomonica universalis, *sive* de Horologiis Solaribus. *Ulmæ* 1680. 8.°

PETITUS, *Petrus*. Miscellaneæ Observationes. *Trajecti ad Rhœnum* 1682. 8.°

—— De Amazonibus dissertatio cum figuris æneis. *Amstelodami* 1687. 8.°

—— Selecta Poemata, cum dissertatione de Furore poetico. *Parisiis* 1683. 8.°

PETITUS, *Samuel*. Leges Atticæ commentariis illustratæ. *Parisiis*, *Morellus* 1635. *f.*°

—— Variæ Lectiones, in quibus Ecclesiæ utriusque Fœderis ritus, moresque antiqui; Sacri item ejusdem, atque Ecclesiastici Scriptores illustrantur, & emendantur. *Ibid. Morellus* 1633. 4.°

—— Miscellanea, in quibus varia Scriptorum loca emendatur, & illustrantur. *Ibid. Morellus* 1630. 4.°

—— Diatriba de Jure Ecclesiæ quæsito Principum edictis, nec armis adversus temerantes, aut antiquantes vindicato. *Amstelodami*, *Elzevirius* 1649. 12.°

—— Eclogæ chronologicæ, in quibus de variis annorum Judæorum, Samaritarum, Græcorum, Macedonum, Syromacedonum, Romanorum typis, cyclisque veterum Christianorum paschalibus disputatur. *Parisiis*, *Morellus* 1632. 4.°

PETRAMELLARIUS, *Jo. Antonins*. Ad Librum Onuphrii Panvinii de Summis Pontificibus, & Cardinalibus continuatio. *Bononiæ* 1599. 4.°

PETRARCHA, *Franciscus*. Opera omnia. *Basileæ*, *Henricpetrus* 1581. *tom.* 4. *vol.* 1. *f.*°

PETRASANCTA, *Silvester*. Tesseræ Gentilitiæ. *Romæ* 1638. *f.*°

—— Eædem Tesseræ coloratæ. *Ibid. an. eod. f.*°

—— De symbolis Heroicis libri IX. *Antuerpiæ*, *Plantinus* 1634. 4.°

PETRI, *Suffridus*. De Scriptoribus Frisiæ. *Colon. Agrip.* 1593. 8.° — *V. de Beka*.

S. PETRUS *Apostolus*. V. *Spanhemius*, *Fridericus*.

PETRONIUS, *Arbiter*. Satyricon, cum fragmento Traguriano, & lusibus Variorum in Priapum, commentariis illustratum, concinnante Mich. Hadrianide. *Amstelod. Blaeu* 1669. 8.°

—— Idem, cum notis Variorum, curante Petro Burmanno. *Trajecti ad Rhenum* 1709. 4.°

—— Idem in capita dissectum, cum omnibus omnium Interpretum observationibus, notis, & commentariis. *Accedunt* alia Petroniorum fragmenta, cum vita, & Satyra Sulpiciæ Romanæ. *Excudebat Jo. Mercerius* 1629. 4.° — *V. Persius*.

—— Idem, commentariis, *sive* excursibus medico-philosophicis, & notis perpetuis ornatum

per Jo. Petrum Lotichium. *Francof. ad Mœnum* 1629. *tom.* 3. 4.°

—— Idem, cum commentariis Josephi Antonii Gonsali de Salas. *Francof.* 1643. 4.°

—— Fragmentum in Dalmatia nuper repertum, cum scholiis Thomæ Reinesii. *Lipsiæ* 1666. 8.°

PETRONIUS, *Alexander*. De victu Romanorum, & de Sanitate tuenda. *Romæ* 1581. *f.°*

PETROPOLITANÆ Imperialis Academiæ Scientiarum Commentarii ab anno 1726. ad annum 1736. *Petropoli* 1728-1741. *tom.* 8.° 4.°

S. PETRUS *Chrysologus*. Sermones aurei XXII. commentariis illustrati, studio Fr. Martini de Castillo. *Lugduni* 1676. *f.°*

S. PETRUS *Damianus*. Opera omnia cum notis Constantini Cajetani. *Parisiis* 1664. *tom.* 4. *vol.* 1. *f.°*

PEUCERUS, *Caspar*. Commentarius de præcipuis Divinationum generibus. *Francofurti, Wechelius* 1607. 8.° — *V. Carion*.

PAVERUS, *Jo. Conradus*. Meryeologia, *sive* de Ruminantibus. *Basileæ* 1685. 4.°

PEYRERIUS, *Isaacus*. V. *Præadamitæ*.

PEZ, *Bernardus*. Bibliotheca Benedictino-Mauriana. *Accedit* liber de Scriptoribus Ecclesiasticis, auctore Anonymo Mellicensi. *Aug. Vindel.* 1716. 8.°

—— Thesaurus Anecdotorum novissimus. *Ibid.* 1721. *tom.* 5. *f.°*

PEZELIUS, *Cristophorus*. Mellificium historicum juxta explicationem epitomes Jo. Sleidani de Summis Orbis Imperiis. *Francof.* 1649. *f.°*

PHÆDRUS. Fabulæ Æsopiæ cum notis Vario-

rum, ex recensione Jo. Laurentii. *Amstelod. Janssonius* 1667. 8.°

—— Et cum notis Davidis Hoogstratani in usum principis Nassavii. *Ibid.* 1701. 4.° *fig.*

—— Et cum novo commentario Petri Burmanni. *Leidæ, Luchtmans* 1727. 4.°

—— Et cum notis Jo. Schefferi, & Francisci Guyeti, atque interpretatione Gallica. *Hamburgi* 1673. 8.°

—— Et cum interpretatione, & notis Petri Danet in usum Delphini. *Parisiis, Leonard* 1675. 4.°

PHALARIS *Tyrannus*. Epistolæ, Francisco Aretino interprete. *Lugduni, Tornæsius* 1550. 8.°

PHARMACOPŒA Augustana renovata, & aucta. *Aug. Vindel.* 1684. *f.*°

PHILELPHUS, *Franciscus*. Epistolæ; (præeunte Vita Philelphi ms. Sæc. XV.) *Venetiis studio & diligentia magistri Joannis Rubei, anno a natali christiano* M. CCC. LXXXVII. *Januarii*. *f.*°

*Accedunt* Orationes cum aliis opusculis. *Venetijs per Philippum de Pinzis Mantuanum anno Domini* M. CCCC. LXXXXII. *Die* XIV. *Octobris*. *f.*°

PHILEMON. *V. Menander*.

PHILIPPUS II. *Hispan. Rex* V. *Caramuel*.

PHILO *Byzantius*. De septem Orbis spectaculis, cum interpretatione latina, & notis Leonis Allatii. *Romæ* 1640. 8.°

PHILO *Judæus*. Opera omnia G-L. ex interpretatione Sigismundi Gelenii, & aliorum, ab Adriano Turnebo, & Davide Hœschelio illustrata. *Lutet. Paris. sub signo Navis* 1640. *f.*°

PHILOMATHUS. Musæ Juveniles, *sive* lusus

poetici Fabii Chisii, postea Alex. VII. *Coloniæ Ubiorum* 1645. 8.°

PHILOPONUS, *Honorius*. Navigatio in novum Orbem Indiæ occidentalis Patrum Monachorum Ord. S. Benedicti, anno 1621. *f.°* *fig. sine loco & typographo.*

PHILOSTORGIUS *Cappadox*. Ecclesiasticæ historiæ a Constantino M. Ariique initiis ad sua usque tempora libri XII. G-L. a Photio in epitomen contracti, cum versione, supplementis, & dissertationibus Jacobi Gothofredi. *Lugduni* 1643. 4.° — *V. Histor. Ecclesiast. Scriptor. Græci.*

PHILOSTRATUS. Opera G-L. interprete Fed. Morello. *Accedunt* Philostrati junioris Imagines. *Parisiis, Morellus* 1608. *f.°*

PHINELLA, *Philippus*. De Metoposcopia astronomica, & naturali, ac de duodecim signis cœlestibus. *Antuerpiæ, Plantinus* 1650. *tom.* 2. 8.°

PHLEGON *Trallianus*. Opuscula, quæ extant; nempe de rebus mirabilibus, ac de Longævis, cum fragmento de Olympiis G-L. interprete Guilielmo Xylandro, cum notis Jo. Meursii. *Lugd. Batav. Elzevirius* 1620. 4.°

PHŒBEUS *Franciscus Maria*. De identitate Cathedræ, in qua S. Petrus Romæ primum sedit, & de antiquitate, & præstantia solemnitatis Cathedræ Romanæ. *Romæ* 1666. 8.°

PHOTIUS *Patriarcha*. Myriobiblon, *sive* Bibliotheca G-L. cum notis David Hœschelii, latina versione, & scholiis Andreæ Schotti. *Oliva Pauli Stephani* 1612. *f.°*

—— Epistolæ cum latina versione, & notis Richardi Montacutii G-L. *Londini* 1651. *f.°*

—— Nomocanon, *seu* sacrorum Canonum, & Conciliorum expositio, cum commentariis Theodori Balsamonis G-L. *Lutet. Paris.* 1615. 4.°

— *V. Canones S.S. Apostolorum.*

PHRYGIUS, *Petrus Franciscus*. Commentarii in historias epidemicas Hippocratis. *Lugduni* 1644. 4.°

PHRYNICHUS. Epitome dictionum Atticarum, cum versione, & notis Petri Jo. Nunnesii, & Davidis Hœschelii G-L. *Aug. Vind.* 1601. 4.°

PHURNUTUS. *V. Cornutus*, & *Hyginus, C. Jul.*

PIACESIUS, *Paulus*. Chronica gestorum in Europa singularium. *Cracoviæ* 1645. *f.*°

PICCOLOMINEUS, *Franciscus*. De rerum definitionibus. *Venet. de Franciscis* 1600. *f.*°

PICCOLOMINEUS, *Æneas Sylvius*. V. *Pius II.*

PICUS, *Joannes*, & Picus, *Joan. Franc.* Opera omnia. *Basileæ*, *Henricpetr.* 1572. *tom.* 2. *f.*°

PICUS, *Joannes Franciscus*. Vita Hieronymi Savonarolæ, cum notis, & stemmatibus. *Parisiis* 1674. *tom.* 2. 12.°

PIGHIUS, *Albertus*. Hierarchiæ Ecclesiasticæ assertio. *Coloniæ* 1538. *f.*°

PIGHIUS *Vinandus*, *Stephanus*. Annales Romanorum, aucti & illustrati ab Andrea Schotto. *Antuerpiæ*, *Plantinus* 1615. *tom.* 3. *f.*°

PIGNA, *Jo. Baptista*. Carminum libri IV., quibus accedunt carmina Cælii Calcagnini, & Ludovici Areosti. *Venetiis*, *Valgrisius* 1553. 8.°

PIGNORIUS, *Laurentius*. Miscella Elogiorum, Inscriptionum, Epitaphiorum &c. *Patavii* 1626. 4.°

—— Symbolarum Epistolicarum liber. *Ibid.* 1628. 8.°

—— Vetustissimæ Tabulæ æneæ sacris Ægyptiorum simulacris cælatæ explicatio. *Venetiis* 1605. 4.° — *V. Popma*, *Titus*, & *Tomasinus*,

PILATUS. V. *Van-Dale*.

PIMBIOLO de Engelfredis, *Antonius*. De Patavini aeris qualitatibus. *Patavii* 1771. 4.°

PINDARUS. Olympia, Pythia, Nemea, Isthmia per Jo. Lonicerum latinitate donata, adhibitis enarrationibus e græcis scholiis desumptis. *Tiguri* 1560. 8.° — *V. Portus*, *Franciscus*.

de PINEDA, *Joannes*. Commentaria in Job. *Venetiis* 1705. *tom.* 2. *vol.* 1. *f.*°

—— Ad suos in Salomonem commentarios Salomon prævius, *sive* de rebus Salomonis. *Ibid.* 1611. *f.*°

PINELLUS, *Jo. Baptista*. Carminum libri III. *Florentiæ*, *Junta* 1594. 4.°

PINELLUS, *Nicolaus*. V. *Panvinius*.

PINGONIUS, *Philibertus*. Augusta Taurinorum. *Taurini* 1577. *f.*°

PIRHING, *Henricus*. Jus Canonicum in V. libros Decretalium distributum, nova methodo explicatum. *Dilingæ* 1722. *tom.* 5. *vol.* 4. *f.*°

—— Synopsis Pirhingiana, *seu* compendiaria S.S. Canonum doctrina. *Aug. Vindel. & Dilingæ* 1695. 4.°

PISANI, *Angelus*. Historia admirabilis hystericæ affectionis in Virgine Patavina. *Patavii* 1729. 4.°

PISANUS, *Octavius*. Astrologia, *sive* motus & loca Siderum ad Sereniss. Dominum Cosmum Medicem. *Antuerpiæ*, *Bruneau* 1613. *f.*° *max. obl. fig.* — *Liber inventu difficillimus*.

de PISIS (Albizzi) *Bartholomæus*. De conformi-

tate Vitæ B. Francisci ad vitam Domini Jesu Christi. *Mediolani, Ponticus* 1510. *f.°*

Princeps hæc editio, raritatis eximiæ, respondet omnino exemplari a Burio descripto N.° 4540.

PISISTRATUS. *V. Meursius.*

PISO, *Homobonus*. Methodus medendi. *Patavii* 1726. 4.°

PISO, *Gulielmus*. De Indiæ utriusque re naturali, & medica. *Amstel. Elzevirii* 1658. *f.°*

PISTORIUS, *Joannes*. Polonicæ historiæ corpus. *Basileæ, Henricpetr.* 1582. *tom.* 2. *vol.* 1. *f.°*

—— Illustrium veterum Scriptorum historiæ & Annales Germanici. *Francofurti, Marnius* 1607. *&* 1613. *tom.* 3. *f.°*

—— Artis Cabalisticæ, hoc est reconditæ theologiæ & philosophiæ Scriptores. *Basileæ, Henricpetrus* 1587. *f.°* — *Collectio a doctis viris magni habita.*

PITCARNIUS, *Archibaldus*. Elementa Medicinæ. *Venetiis* 1740. 4.°

PITHŒUS, *Franciscus*. Codex Canonum vetus Ecclesiæ Romanæ notis illustratus. *Accedunt* Petri Pithœi Miscellanea Ecclesiastica — Abbonis Floriacensis apologeticus, & epistolæ — nec non formulæ antiquæ Alsaticæ. *Parieiis typ. reg.* 1987. *f.°*

PITHŒUS, *Petrus*. Opera sacra, juridica, historica, miscellanea. *Parisiis, Cramoisy* 1609. 4.°

PITISCUS, *Bartholomæus*. Trigonometria, & varia problemata. *Augustæ, Vindelic.* 1600. 4.°

PITISCUS, *Samuel*. Lexicon Antiquitatum Romanarum. *Leovardiæ* 1713. *tom.* 2. *f.°*

PIUS II. (*qui antea Æneas Silvius Piccolomineus*), Opera omnia. *Basileæ*, *Henricpetr.* 1571. *f.°*

*Accedit* Gnomologia ex ejusdem omnibus operibus collecta per Conradum Lycosthenem. *Basileæ f.° absque typograph. & anni nota.*

—— Cosmographia, *seu* Historia rerum ubique gestarum. Asia. *Venetiis*, *de Vitalibus* 1503. 4.°

*Accedunt ejusdem* Europa nostrorum temporum varias continens historia. *Venetiis*, *Othinus Papiensis* 1501. 4.°

*et* Bohemicæ historiæ libri V. *Venetiis*, *de Vitalibus* 1503. 4.° *addita in calce:* Epistola Poggii *Florentini* ad Leonardum Arretinum de morte Hieronymi Hus Bohemi. 4.° — *V. Opuscula varia.*

—— De Bohemorum origine, ac gestis, historia. *Coloniæ* 1524. 8.° — *V. Dubravius.*

*Accedit* Luscinius, *Ottomarus*. Grunnius Sophista, *sive* pelagus humanæ miseriæ, quo docetur utrius natura ad virtutem & felicitatem propius accedat, hominis, an bruti animantis: *addito* M. Grunnii Corocottæ testamento, cujus meminit D. Hieronymus in duodecimo commentario in Isaiam, & Erasmus Roterodamus in Moriæ suæ præfatione. *Argentinæ*, *Knoblovchus*, *mense decembri* 1522. 8.°

—— Decadum Blondi Epitome. *Basileæ* 1533. *f.°*

—— Commentarii rerum memorabilium, quæ temporibus suis contigerunt. *Romæ* 1584. 4.°

PIUS V. *V. Ludolfus*.

PLACCIUS, *Vincentius*. Theatrum Anonymorum, & Pseudonymorum. *Hamburgi* 1708. *f.°*

PLA-

PLACENTINIUS. *Gregorius*. De Siglis veterum Græcorum. *Romæ* 1757. 4.°

*Accedit* Cardonus, *Basilius*. De Tusculano M. T. Ciceronis, nunc Crypta-Ferrata, adversus P. Joan. Lucam Zuzzeri. *Ibid. an. eod.* 4.°

—— Epitome græcæ Palæographiæ; & de recta græci sermonis pronunciatione. *Romæ* 1735. 4.°

PLACENTINUS, *Jacobus*. De Barometro a Torricello invento dissertationes II. *Patavii* 1711. 12.°

—— Dissertatio de Vena, quæ in morbis particularium partium corporis sit salutarius incidenda. *Ibid.* 1756. 4.°

PLATINA, *Bartholomæus*. Opus de vitis, ac gestis Summorum Pontificum ad sua usque tempora deductum, cum supplemento Onuphrii Panvinii, & variis Opusculis. *Coloniæ* 1562. *f.*° — *V. Guarnacci, &c.*

PLATNERUS, *Jo. Zacharias*. Institutiones Chirurgiæ Rationalis &c. *Venetiis* 1747. 4.°

PLATO. Opera omnia G-L. interprete Joanne Serrano, cum ejusdem notis. *Excudebat Henricus Stephanus* 1578. *tom.* 3. *f.*° — *V. Carpentarius*, & *Mazonius*.

PLATONIUS. *V. Hertelius*.

PLATZIUS, *Conradus Wolffgangus*. Lucus succisus errorum Pontificiorum per CXIV. controversos Fidei articulos, cum refutationibus. *Francofurti* 1606. 8.°

PLAUTUS, *M. Accius*. Comœdiæ cum indice verborum abstrusiorum, argumentis, Auctoris vita, & translatione dictionum græcarum. *Venet. Aldus* 1522. 4.°

—— Eædem. *Florentiæ*, *Juntæ* 1522. 8.°

—— Eædem, a Dionysio Lambino emendatæ, & commentariis explicatæ. *Lutetiæ* 1588. *f.°*

—— Eædem, ex recognitione Jani Gruteri, & cum commentariis Friderici Taubmanni. *Apud Zachariam Schurerum* 1621. 4.°

—— Eædem, ex recensione Jo. Frederici Gronovii, cum commentario ex Variorum notis. *Lugd. Batav. Hackius* 1669. *tom.* 2. 8.°

—— Eædem, cum interpretatione, & notis Jacobi Operarii in usum Delphini. *Parisiis*, *Leonard* 1679. *tom.* 2. 4.°

—— Eædem. *Patavii* 1725. *Cominus* 8.° — *V. Floridus Sabinus*, & *Pareus*.

PLEMPIUS, *Vopiscus Fortunatus*. Ophthalmographia, *sive* tractatio de Oculo. *Amstelodami* 1632. 4.°

—— Eadem Ophthalmographia recognita, & aucta; cui accessere Gerardi Gutischovii animadversiones, ad easque responsio. *Lovanii* 1659. *f.°*

de PLESSIS, *Carolus*. Collectio judiciorum de novis erroribus. *Lutet. Paris.* 1724. *tom.* 2. *f.°*

—— Collectio Effatorum divinæ Scripturæ. *Ibid.* 1725. *tom.* 2. *vol.* 1. 4.°

PLINIUS, *Cajus Secundus*, *senior*. Historia Naturalis, cum notis Variorum, & Jo. Frederici Gronovii. *Lugd. Batav. Hackius* 1669. *tom.* 3. 8.°

—— Eadem, cum notis Jo. Harduini in usum Delphini. *Parisiis*, *Muguet* 1685. *tom.* 5. 4.°

—— Eadem, cum observationibus Jacobi Dalecampii. *Francof. ad Mœnum* 1559. *f.°* — *V. Barbarus*, *Hermolaus*, & *Guilandinus*, & *Leonicenus*, & *Palermus*, & *Salmasius*.

PLINIUS, *C. Cæcilius Secundus, junior*. Epistolæ, cum commentariis Jo. Mariæ Catanei. *Accedit* Panegyricus Trajano dictus, & alii ad varios Cæsares. *Excudebat Paulus Stephanus* 1601. 4.°

—— Eædem Epistolæ cum notis Friderici Gronovii & aliorum. *Lugd. Batav. Hackius* 1669. 8.°

—— Panegyricus Trajano dictus, cum notis Justi Lipsii, & aliorum. *Lugd. Batav. Hackius* 1675. 8.° — *V. Panegyrici*.

—— De Viris in re militari, & Republica illustribus, cum commentariis Conradi Lycosthenis, ejusdemque Plinii Vita. *Basileæ, Oporinus* 1547. 8.°

PLOTINUS. Opera philosophica omnia G-L. cum interpretatione, & commentariis Marsilii Ficini. *Basileæ, Perna* 1580. *f.*°

PLUTARCHUS. Opera omnia G-L. cum interpretatione Hermanni Cruserii, & Gullielmi Xylandri, ac Variorum notis. *Lutet. Paris. typ. reg.* 1624. *tom.* 2. *f.*°

POEMATA septem illustrium Virorum. *Amstel. Elzevirius* 1672. 8.°

de POEMATUM Cantu, & Viribus Rhythmi, dissertatio. *Oxonii, e Theatr. Sheldon* 1673. 8.°

POETÆ Belgici, hujus, superiorisque ævi illustres, collectore Ranutio Ghero. *Ibid. Hoffmannus* 1614. *tom.* 4. 16.°

—— Bucolici XXXVIII. *Basileæ, Oporinus* 1546. 8.°

*Accedunt* Poematia aliquot insignia illustrium Poetarum recentiorum &c. *Ibid.* 1544. 8.°

—— Galli, hujus, superiorisque ævi illustres, collectore Ranutio Ghero. *Ibid.* 1609. *tom.* 3. 16.°

—— Germani, hujus, superiorisque ævi illustres, collectore A. F. G. G. *Francofurti*, *Hoffmannus* 1612. *tom.* 6. 16.°

—— Græci Gnomici, quos ad optimorum exemplarium fidem emendavit Rich. Franc. Phil. Brunk. *Argentorati*, *sumptibus Bibliopol. Academici* 1784. 8.°

—— Græci veteres Tragici, Lyrici, Comici, Epigrammatarii G-L. *Coloniæ Allobrogum*, *de la Roviere* 1614. *tom.* 2. *f.*° *V.* — *Anacreon*, & *Albanus*, & *Hertelius*, *Ignatius*.

—— Græci veteres carminis Heroici scriptores, qui extant, omnes G-L. cura, & recensione Jacobi Lectii. *Aureliæ Allobrogum*, *Sumptibus Caldorianæ Societ.* 1606. *tom.* 2. *vol.* 1. *f.*°

—— Itali, hujus, superiorisque ævi illustres, collectore Ranutio Ghero. *Prostant in Officina Jonæ Rosæ* 1608. *tom.* 2. 16.°

—— Latini veteres secundum seriem temporum. *Genevæ* 1627. *tom.* 2. 4.°

—— Latini rei Venaticæ scriptores, & Bucolici antiqui, cum notis Variorum. *Lugd. Batav. & Hagæ Comitum* 1728. 4.°

—— Scoti, hujus ævi illustres. *Amstelodami*, *Blæu* 1637. *tom.* 2. 16.° — *V. Carmina*.

POETARUM veterum Latinorum, quorum opera non extant, fragmenta a Roberto Stephano congesta, & ab Henrico Stephano digesta. *Excudebat Henricus Stephanus* 1564. 8.°

POETICÆ Historiæ Scriptores antiqui G-L. ad-

ditis notis per Thomam Gale. *Parisiis* 1675. 8.°

POGGIUS, *Florentinus*. Historia Florentina, notis, & Auctoris vita illustrata ab Joanne Baptista Recanato. *Venetiis* 1715. 4.° — *V. Pius II.* & *Zabarella, Giacomo*. *Vol. I.* inter Italos.

POGGIUS, *Jo. Franciscus*. De potestate Papæ, & Concilii. 4.° — *Est Sæc. XVI.*

POLEMON *Sophista*. Orationes duæ Græcæ, latina paraphrasi, & notis illustratæ a Petro Possino. *Tolosæ* 1637. 8.°

POLEMON, *Philosophus*. V. *Meletius*.

POLENTONIUS, *Sicco*. V. *S. Antonius*.

POLENUS, *Joannes*. Utriusque Thesauri Antiquitatum Romanarum, Græcarumque Grævii, & Gronovii nova supplementa. *Venetiis* 1737. *tom.* 5. *f.*°

—— Miscellanea; *hoc est*, — Dissertatio de Barometris & thermometris, — Machinæ Arithmeticæ, ejusque usus descriptio, — de sectionibus Conicis Parallelorum in Horologiis solaribus tractatus. *Ibid.* 1709. 3.°

—— Epistolarum mathematicarum fasciculus. *Patavii* 1729. 4.°

—— De motu Aquæ mixto. *Ibid. Cominus* 1717. 4.°

—— De vorticibus cœlestibus dialogus; cui *accedit* quadratura Circuli Archimedis, & Hippocratis Chii analitice expressa. *Ibid.* 1712. 4.°

—— De Castellis, per quæ derivantur fluviorum aquæ, habentibus latera convergentia. *Ibid. Cominus* 1718. 4.°

—— Epistola ad Jacobum Marinonium; in qua agitur de Solis defectu anno 1724. *Accedit* Jo.

Buteonis libellus de fluentis aquæ mensura cum annotationibus nonnullis. 4.°

—— Institutionum Philosophiæ mechanicæ experimentalis specimen. *Patavii* 1741. 4.°

—— Mercurius in Sole visus V. Id. Nov. 1723. epistola ad Gabrielem Manfredum. 4.°

—— Exercitationes Vitruvianæ primæ, *hoc est* commentarius criticus de M. Vitruvii librorum editionibus, & editoribus. *Patavii* 1739. 4.°

POLI, *Matthæus*. Synopsis Criticorum, aliorumque S. Scripturæ interpretum. *Londini* 1669. *tom.* 5. *f.°*

POLITIANUS, *Angelus*. Opera omnia. *Venetiis, in ædibus Aldi Romani* M. CCCC. XCVIII. *f.°*

POLITUS, *Alexander*. De patria in Testamentis condendis potestate. *Florentiæ* 1712. 8.°

POLLUX, *Julius*. Onomasticon G-L. cum notis Variorum. *Amstelodami*, *Wetstenius* 1706. *tom.* 2. *f.°*

POLYÆNUS Stratagematum libri VIII. G-L. interprete Justo Vultejo &c. *Berolini* 1756. 12.°

POLYBIUS. Historia G-L. cum interpretatione, & commentariis Isaaci Casauboni. *Francofurti*, *Wechelius* 1609. *f.°*

—— Eadem Historia G-L. eodem interprete, cum Gronovii, & aliorum notis. *Accedit* Æneæ Commentarius tacticus, & obsidionalis. *Amstel. Janssonius* 1670. *tom.* 3. 8.° — *V. Excerpta*.

POLYBIUS *Megalopitanus*, V. *Hyginus Gromaticus*.

POLYCARPUS *Martyr*. V. *S. Ignatius*.

POLYCHRONIUS. V. *Apollonius Dyscolus*.

de POMIS, *David*. Lexicon Hebraicum latina, & italica lingua explanatum. *Venetiis* 1587. *f.°*

POMPONATIUS, *Petrus*. De naturalium effectuum causis, *sive* de incantationibus, cum scholiis Gulielmi Grataroli. *Basileæ*, *Henricpetr.* 1556. 8.°

—— De Fato, libero Arbitrio, & Prædestinatione. 8.° *absque ulla nota.*

PONA, *Joannes*. V. *Clusius*.

PONTANUS, *Jo. Jovianus*. Opera omnia soluta oratione. *Venetiis*, *Aldus* 1518-19. *tom.* 3. 4.°

—— Carmina varia. *Venetiis*, *Aldus* 1518. 8.°

PONTANUS, *Jacobus*. Philocalia, *sive* excerpta e sacris, & externis Auctoribus, cum commentariis, & notis. *Augustæ* 1626. *f.*°

—— Progymnasmata Latinitatis. *Patavii* 1641. *tom.* 4. 8.°

—— Attica Bellaria. *Augustæ Vindel.* 1617. *tom.* 3. 8.°

PONTANUS, *Jo. Jsaacus*. Historia Gelrica. *Hardervici*, *Janssonius* 1639. *f.*°

—— Historia rerum Danicarum. *Amstel. Janssonius* 1631. *f.*°

—— Origines Francicæ. *Hardervici* 1616. 4.°

—— Disceptationes chorographicæ de Rheni divortiis, atque ostiis, eorumque Accolis. *Amstel.* 1614. 8.°

PONTEDERA, *Julius*. Anthologia, *sive* de Floris natura; additis dissertationibus XI. quas habuit in Horto publico Patavino. *Patavii* 1720-4.°

—— Compendium Tabularum Botanicarum. *Ibid.* 1718. 4.°

—— Antiquitatum Latinarum, Græcarumque enarrationes, atque emendationes præcipue ad veteris anni rationem attinentes. *Ibid.* 1740. 4.°

—— Epistolæ ac Dissertationes; opus posthumum. *Ibid.* 1791. *tom.* 2. 4.°

PONTIFICALE Romanum, Urbani VIII. auctoritate recognitum. *Romæ, typis Vaticanis* 1645. *f.°*

PONZINIBIUS, *Joannes Franciscus*. V. *Grillandus*.

POPE, *Alexander*. Poema de Homine; Jacobi Tomson, & Thomæ Gray selecta carmina ex Britanna in lat. linguam translata a Jo. Costa cum nonnullis ejusdem poeticis Scriptionibus. *Patavii, typ. Seminarii* 1775. 4.°

POPE BLOUNT, *Thomas*. Censura celebriorum Authorum. *Genevæ* 1710. 4.°

POPMA, *Ausonius*. Fragmenta Historicorum veterum Latinorum collecta, emendata, & scholiis illustrata. *Amstelodami* 1620. 8.° — *V. Ausonius*, & *Cato*.

POPMA, *Titus*. De operis Servorum. *Amstelodami* 1672. 12.°

—— *Accedit* Pignorii Laurentii Commentarius de Servis, & eorum apud veteres ministeriis. *Ibid.* 1674. 8.°

PORPHYRIUS *Philosophus*. De non necandis ad epulandum animantibus, G-L. cum interpretatione, & scholiis Francisci de Fogerolles - *Lugduni* 1620. 8.° — *V. Jamblichus*.

PORPHYROGENETA, *Constantinus*, *Imp.* Opera G-L. cum interpretatione & notis Jo. Meursii, Bonaventuræ Vulcanii, Fed. Morellii, Jo. Leunclavii, & Caroli Labbei. *Lugd. Bat. Elzevirius* 1617. 8.°

PORTA, *Jo. Baptista*. De occultis litterarum notis. *Montisbeligardi* 1593. 8.°

—— Magia naturalis. *Lugd. Batav.* 1650. 12.°

—— Phytognomonica. *Rothomagi* 1650. 8.°

—— Cœlestis Physiognomonia. *Neapoli* 1603. 4.°

—— De Aeris transmutationibus. *Romæ* 1614. 4.°

—— Elementa curvilinea. *Ibid.* 1610. 4.°

e PORTA Leonis, *Abrahamus*. De Auro, Dialogi III. *Venetiis* 1584. 4.°

PORTIUS, *Leonardus*. De Sestertio, Talentis, Pecuniis &c. *Romæ* 1524. 4.°

PORTIUS, *Lucas Antonius*. Erasistratus, *sive* de sanguinis missione. *Venet.* 1683. 12.°

